



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xcvi. Remedium aduersus bilem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

loco; eique vt caleſcat butyrum, cum vrticæ ſemine præbeto, & refeceris.

Remedium aduerſus bilem.

INEVNTÉ autumnno & principio cum captus eſt, aut diu immoratur perticæ, aut ſolis ardore incenſus, aut præliatus bili laborat. cuius ſigna ſunt: totus triſtis eſt, oculi ſicci & compreſſi videntur, multo aquæ deſiderio tenetur, & ipſam multam bibit, tremit totus, diſperſas atque inæquales habet plumas, caſque interdum explicat, interdum etiam contrahit, pedes nigros, & ab vnguibus vſque ad genua frigidos habet. Hoc remedio curabis. Aquam roſaceam infundes, cibum præbebis ex roſaceo & omphacino oleo cū caprina carne: eum in terra frigida ſedere ſines totum diem: nocte ſub dio habebis, itaque ſanabitur. Cibum calidum omnino ne dederis. ſed neque, vſque dum perfectè curatus ſit, ipſum geſtaueris. Bibat veſpere aquam, vt bilis calor temperetur frigore potionis.

Defatigato remedium.

EX aucupio & longo volatu fatigatum, cibusque ſaſtidio affectum, reſtitues in priſtinum